

## LETTRE XV.

---

VIRO ÆTERNUM COLENDO DD. FR. SAUVAGESIO.

S. p. D.

CAROL. LINNÆUS.

Lætor ex animo quòd mercedem laboris obtinisti, uxorem pulchram, suavem et nobilem \*; talis, inter benedictiones divinas, primaria est. Vita nostra absque conjuge tristis, atra, dubia; fac sit (*faxit*) Deus ut diutissimè tecum vivat perenni suavitate! Det Deus ex tuo sanguine profluentes venas eodem candore animi, raro certè hujus seculi thesauro! Quæcumque alia curamus negotia, servilia nec nostra sunt; suavis uxor, unicum solatium ægroti animi; læta uxor expellit omni momento tristitiam; illa dat suaves horas; omnia

---

\* Demoiselle JEANNE YOLANDE, fille de M. FOUCARD D'OLIMPIES, capitaine au régiment Dauphin-Dragon, Chevalier de Saint-Louis.